



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hæreticis pro odio & maledictis caritatem ac preces rependit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Benedictus Dominus inquit, (cum Lainio loqui-
tur) qui nostros in Polonia, Boëmia, & Germania
conspicuos reddit, adeoque palam exosos haberi
vult apud Sectarios, ut nusquam non blasphe-
ment in nobis nomen Domini. De me scribunt
Lutherani non exigua crima, quibus obscurēt
nominis, quam neq; capto, neq; defendo autoriti-
atem. Iesuitarum odio flagrant omnes Sectarij.
His affingunt horrenda: fortasse à verbis, & con-
tumeliis breui ad flagra, & vulnera deuenturi. V-
tinam impensius nos diligamus illos ob caritatē,
quam illi traducunt nos per calumniam. Digni
sunt certè, qui etiam persequentes amentur pro-
pter Christi sanguinem, & amorem: tum quia
plerique nescientes peccant. Fuit Hæreticus, An-
dreas, opinor, Iacobi Goppingensis, qui inter va-
ria Sectarum portenta, cum Anabaptistas, Sacra-
mentarios, Suenkfeldianos, Osiandrinos, Serue-
tianos nominaret, adscriberet etiam Canisianos,
sive Iesuitas, nam eosdem aiebat esse, quorum
Dux, & Caput Canisius esset. Hos aiebat inuento
quorundam Cardinalium editos ad excitādum
Regnū Papisticum, alioqui iam pene collapsum.
Errores vero Canisianorum esse, quod docerent,
quam-

Hæretici pro
odio & male-
dictionis carita-
tom, ac preces
repndit.

Dicitur ab iis
Secta Iesuitaa
rum caput.